

& non autem. Quam adoratis hunc panem uiuam in eternum.  
 Haec dixit in sinagoga docens in capharnaui; multi ergo  
 audientes ex discipulis eius dixerunt. Durus est hic sermo.  
 quis potest eum audire. Sciens autem ihesus apud semetipsum  
 quia multi mirarentur de hoc discipulis eius dixit eis. Hoc uos  
 scandalizat. **S**ic ergo uideritis filium hominis ascendente  
 ubi erat prius. **S**piritus est qui uiuificat caro non prodest que  
 quam. **V**erba quae ego loquutus sum uobis spiritus & uita sunt.  
 Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. **S**ciebat enim  
 ab initio ihesus qui essent non credentes. & quis traditurus esset  
 eum. **E**t dicebat propterea dixi uobis quia nemo potest  
 uenire ad me nisi fuerit ei datus a patre meo. Ex hoc  
 multi discipulorum eius abierunt retro. & iam necum illo  
 ambulabant. Dixit ergo ihesus ad duodecim. Numquid  
 & uos uultis abire. **R**espondit ergo ei simon petrus.  
 Domine ad quem ibimus. uerba uitae a te habes. &  
 nos credidimus & cognouimus quia tu es christus filius dei.  
**R**espondit ei ihesus. Nonne ego uos duodecim elegi. & ex  
 uobis unus diabolus est. dicebat autem iudam sionis scari  
 othen. hic enim erat traditurus eum cum esset unus ex  
 duodecim.

**Post haec ambulauit in iudea**

non enim uolebat in iudea ambulare quia querebant eum  
 iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus  
 iudeorum scenophetia. Dixerunt autem ad eum frater eius.  
 Transibine. & uade in iudeam ut & discipuli tui uideant  
 opera tua quae facis. Nemo quippe in occulto quid facit  
 & querit ipse in palam esse. si haec facis manifesta te ipsum  
 mundo. Neque enim frater eius credebant in eum. Dicit eis ergo  
 ihesus. Tempus meum aduenit. tempus autem nunc in semp

in lxx  
 ad coloss  
 ad ephes  
 ad galatas